

### **Čl. 953 Příručky práva městského Jana z Gelnhausenu**

*Hec verba „ille aut ille“ non solum disiunctive, sed etiam subdisiunctive ordinis sunt. Disiunctivum est, veluti cum diximus „aut dies aut nox est“, quorum altero posito necesse est tolli alterum, item altero sublatu ponit alterum. Ita simile significacione verbum potest esse subdisiunctivum. Subdisiunctivorum autem genera sunt duo: unum, cum ex propositis finibus itaque non possunt utrumque esse, ut possit neutrum esse, veluti cum dicimus „aut sedet aut ambulat“: nam ut nemo potest utrumque simul facere, ita aliquis potest neutrum, veluti is qui accumbit. Alterius generis est, cum ex propositis finibus ita non potest neutrum esse, ut possit utrumque esse, veluti cum dicimus „omne animal aut facit aut patitur“: nullum est tantum quod nec faciat nec paciatur: at potest simul et facere et pati.*